



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Consultationes Theologicæ Et Spirituales Christiani verè fidelis & verè devoti ...

... De Excellentiss Sanctissimæ Virginis Mariæ Matris Dei

Louis François <d'Argentan>

Augustæ Vindel. ; Dilingæ, 1726

VD18 80217915

§. unicus. Quantum potentia SS. Virginis refulgeat in cœlis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45581

Consideratio solatio plena, nobisque sapientius facienda.

est certa, ut tibi deesse non possit, modò velis? Ah! si id credis, si bene persuasum id habeas, si verè expectas, quanto perfundi debet júbilo cor tuum? Qualis igitur est tuar dispositio animæ? Immorare hic, pondera rem bene, & pondera ipsam maturè & seriò: aspice in altum, & absorberi permittit cogitationes tuas à vastissimo hoc oceano infiniti æterni, incomprehensibilis regni, quod tibi promissum est, quod te expectat, quòdque certò expectas tu; & videbis, quid consideratio viva & profunda magnæ hujus veritatis sit productura in te.

Et itane mi Deus, si sola imaginatio vanæ & merè commentitiæ alicujus felicitatis, jucundè occupat tot personas: quæ se oblectant lepidâ aliquâ imaginatione, quàm sibi ipsis fabricantur: quid igitur esset, si replerent Cor & animum veritate æternæ hujus felicitatis, tam magnæ, tamque certæ? ò si illam firmiter cordi insculptam circumferrent, sæpè cogitantes de illâ, & expectantes atenti desiderio eandem, nonne jam felices & beata essent in

tertis?

* *
*

§. Unicus.

Quantum potentia Sanctissima Virginis resurgat in cælis.

Pulchritudo Regni Dei, quod componitur nonnisi ex Regibus

VEniamus modò ad argumentum, de quo nobis sermo. Cum verum sit, quòd Deus ita accipiat servorum suorum minimum, quid judicandum sit de propria Matre ipsius. Nonne jure meritissimo credatur, hanc solam majoris esse apud ipsum, ipsique chariorem, quàm omnes suos simul servos, & consequenter, quòd majorem & pretiosorem ijs illi conferat possessionem totius thesauri suæ gloriæ, potentiam magis absolutam, magisque amplam in Regno suo, & potestatem magis sublimem in omnes tres mundi contignationes, id est, cælum ter-

ram & infernum, ita ut omnes Angeli & Sancti simul tantâ non poleant potentia ac potestate. Verum est, ipsos omnes esse Reges, & esse pulchritudinem stupendam supra omne id, quod cogitari potest, aspicere magnificentiam Regni Dei, quod minores non habebit subditos, quàm Reges, quorum numerus innumerabilis erit & probè infinitus: Quis ergò concipere poterit, quantus futurus sit splendor Regni tam speciosi?

Et nihilominus hoc non est, quod maximum constituit gloriæ ipsius splendorem; sed est, aspicere

cere solam & unicam Matrem Dei dominari ac regnare super omnes hos Reges, majore cum imperio, quam Reges terra dominantur in suos subditos: Est intueri, quod splendor gloriæ ac potentiæ ipsius, transcendere videatur tanto fulgore illam omnium Angelorum, & cæterorum omnium Beatorum, ut sit quasi sol, qui eclypsat omnia astra cœli præsentia suâ, quasi absconderent se præ pudore, nec apparere auderent coram pulchritudine, quæ suam transcendat absque comparatione. Ita omnino magnus Cardinalis Sanctus Petrus Gamiani loquitur de Sanctissimâ Virgine: *Sic utrorumque spirituum habebat dignitatem, ut in comparatione Virginis nec possit, nec debeant apparere.*

Domina.
serm. de
Assumpt.
8. v.

Maxima
pulchritu-
do cœli
post Deum
est sanctis-
sima Virgo.

Eâdem igitur ratione discurrendum est de potentiâ, sicut de gloriâ, ac dicendum: Verum est, quod potentia omnium Sanctorum sit admiranda, eodquod ordinis sit superioris, quam tota natura, quod loque unicus Sanctorum vel Angelorum plura possit, quam omnes Monarchæ in mundo, quibus nihil est, quod non sit naturale. Verum igitur est, quod si considerentur omnes Angeli, omnesque Sancti simul, tam admirabilem ipsi habeant potentiam, ut non sit intellectus, qui concipere possit ipsam. Verum si aspiciatur potentia solius Matris Dei, hæc ita resulget super omnem illorum po-

tentiam, ut offulcet illam, ac tenebris omnino involvat; ita, ut apparere nec possit, nec debeat nil velut res quædam minima in comparatione.

Quis est, qui non experiatur emolui cor suum, suamque extimulari animam, audiens verba & affectus Guerrici Abbatis, dum ita loquentem introducit JESUM Christum & Sanctissimam Matrem suam, in Triumpho Assumptionis ipsius. *Veni Dilecta mea, & penam Thronum meum in te, nemo mihi tantum dedit, quantum tu in statu Humanitatis meæ; nec ego tantum dabo illi alteri in gloriâ divinitatis meæ; Tu vestisti me substantiâ carnis tuæ humanæ, & ego vestiam te magnificentissimâ potentiâ meâ divinâ; tu abscondisti subtus terram solem divinitatis, & ego apparere te faciam totam resurgentem radius ejusdem solis, super sublimissimum Thronum æternitatis. Sic amor vindicat.*

Guerricus;
serm. de
Assumpt.

Tu recepisti me Infantem in sinu Humanitatis tuæ, & ego te recipiam Creaturatum mearum maximam, in sinu Divinitatis meæ; Tu aliquandiu nutristi me lacte Virginalium uberum tuorum, & ego te nutriam in æternum meâ propriâ substantiâ Divinitatis; per te factus Homo - Deus, procuravi reconciliationem peccatorum cum Deo Patre meo; & tibi, quæ es Mater Dei - Hominis, omnes reconciliati reddent homagia &

Ffffff ; grati.

gratitudinem æternam, ob infiniti boni possessionem, quam receperunt à me, te mediante: *Communicasti mihi, quòd Homo sum, communicabo tibi, quòd Deus sum:* Tandem tu liberaliter mihi dedisti ex Humanitate, & ego abundantissime tibi communicabo ex divinitate meâ. *Sic amor vindicat.*

Relinqueret
absolute
nos debemus
inter manus
divini amoris,
ut faciat nobiscum,
quid voluerit.

O divine amor, quàm amabiles sunt vindictæ tuæ! Ô mi Deus, quàm ipsæ sunt desiderabiles! quantum solatium animæ, nôsse se esse intra manus divini amoris; videre se totam ipsius curæ commissam, ut faciat secum, quid quid voluerit. Eheu! satis infelix est ipsa, eò quòd committat quòdque parvas in ipsam infidelitates, ob quas etiam in hâc vitâ se vindicat de iis, curâ aliquâli severitate; sed amor est, cui est nihil, quod non sit amabile; sinamus ipsum facere nobiscum, quid quid voluerit, & certissimus, illum vindicaturum se aliâ ratione de animabus, quas amat, in omnem æternitatem. Occinamus ipsi sæpè affectuosam hoc S. Augustini effatum: *Ama, & fac quod vis.* O divine Amor! ama me, non nisi hoc unicum peto, & fac mecum omnia, quæcunque volueris. Cogitare solùm, quòd Deus nos amet, cogitare id serîo, id credere, bene de eo esse persuasum, nõne id summâ repleat animum consolatione?

Palchrum

Noveram Sanctum Religiosum

quendam, virum magnæ auctoritatis, sub cuius directione aliquandiu vixi. Cum aliquando is faceret iter per campos, invenit pauperem quandam puellam, quæ custodiebat gregem suum, ipsique videbatur admodum modesta: interrogavit ipsam; Filia mea quid cogitas, dum sic sola & ab omni societate abstracta versaris? hæsitavit ipsa paululum, & exin Angelicâ cum mansuetudine respondit ipsi: *Mi Pater, cogito, quòd Deus amet me.* Hem, quis dixit tibi filia mea, quòd Deus amet te? Id erat vehementi assultu tangere eam ejus, quod nimio experimento tam certum erat, ut de hoc dubitare non posset; ipsius os respondere non potuit ad hoc; sed ipsius oculi sermonem exorti effunderent exuperant duos rivulos lacrymarum; & exin provoluta genibus, profundâ cum humilitate dixit ipsi: *Mi Pater, impertire mibi, si placet, benedictionem tuam;* & ille, qui cognovit quantoque mysterium interioris ipsius occupationis, dimisit ipsam in pace.

Mi Deus, dicebat, prosequens iter suum, quàm es admirabilis! Tu abscondis maxima arcana tua sapientibus mundi, tibi que complacere revelare illa simplicibus! quot magna ingenia, quot sapientissimi Doctores, quotque vitâ omni scientiâ insignes, nunquam habebunt in totâ vitâ suâ nec tantum cognitionis, nec tantum gratiæ

exemplum,
quod facile
possumus
imitari.

tiz, nec occupationem tam sublimem, sicuti pauper hæc puella, quæ nullius est existimationis. Eheu! quid facimus? profundè nos humilemus, taceamus & ab omni alio

negotio nos obstrahentes, cogitemus sæpe eam ipsâ, quod Deus amet nos, isque amandus; & hoc sufficit.

* * *

ARGUMENTUM.

*Quarta Corona Sanctissimæ Virginis, est plena
satietas bonorum omnium, quæ satiare cor possunt.*

ARTICULUS V

Magnus Apostolus loquens de gloriâ, nuncupat illam *aternam gloria pondus*: Ecce vocat id pondus, quod gravitatis nil habet, quodque non tendit in imum? Sanctus Thomas respondet, quod pondus non semper habeat aliquam gravitatem, sed quod illud sit vehemens quædam inclinatio, quæ trahat & suaviter cogat unamquamque rem ad centrum suum. Et quia centrum non est, quod habere possit tam vehementes illecebras ad attrahendum animas, sicut infinita pulchritudo Dei, quando manifestare dignatur se illis per lumen gloriæ, hinc nullum est pondus, quod tantâ cum vi ac vehementia illas abripiat; ita ut propriè gloria nuncupari debeat pondus æternum, & insuper nominari possit pondus Omnipotens; id quod egregiè Sanctus Thomas pro more suo exprimit paucis hisce verbis: *Nihil erit in homine, quod non sequatur impetum gloria.*

Fatendum est, non immeritò Nostra li- admirandam esse nobilitatem & bertas for- dignitatem animæ rationalis, quam tior est Creator ipsius locupletare voluit omniais finit- libertate tam absolutâ, ut, quan- tis, cedit do haberet ipsa ante oculos suos tamen bo- anima bona, quæ trahere Deus no infinite potest ex inexhausto Omnipoten- tiz suæ thesauro (quamvis appa- rerent hoc illa summè amabilia, & ipsa quòque vehementer se attrahi sentiret ad amandum illa, eòquod creata sit ad amandum bonum) libertas ipsius fortior sit omnibus hisce illecebris & blanditijs; semper enim dicere potest; nolo quidquam ex eis; possessionem libertatis suæ ita amat ipsa, ut illam non amitteret pro possessione thesaurorum omnium, quas Deus conferre illi posset.

Sed quando ipsa amet invenit Deum, quando aspicit infinitum hunc thesaurum, hunc fontem bonorum omnium, hanc saturitatem & abundantiam, cui omnium corda non sufficiunt; ut comprehendant

2, 202, 4.

D. Thom.
ibid.